

Et incoluntias agebatur, non simul cum Imperio laicari...

not conatur a prima Ecclesiastica Traditione deterere...

Idem ar- guentur.

Testimonia Sanctorum Traditio- nis.

Si Ecclesia linguam hanc deseruisset in usu communi...

Sanctus Epiphanius in heresi quinquagesima quinta ita loquitur...

Idem ar- gumentur.

denum est, quod veluti virtutis fundamentum, ac summa de- divina essentia unitate...

persecutiones. Hac etiam nobis esse debet tamquam anchora...

Quærent Theologi...

Symbola Ni- canum, Con- stantinum, etc.

Apostoli omnia primi fidei nostræ Symbolum compo- suerunt...

Quid sit Symbolum...

Symbolum est compendium præcipuorum Fidei Myste- riorum...

Quærent Theologi, urum necesse sit scire omnes articulos...

Non sufficit hos articulos latine didicisse; sed vernaculo etiam idioma...

Symbolum sciendum...

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

In quo continetur.

FIDES, ET DOCTRINA ECCLESIAE CATHOLICÆ. MONITUM.

Veritates, quas docet Christiana Religio, & quas Fidelibus omnibus credenda sunt...

perfectio Symbolum hoc, quod Ecclesia respicit tamquam fundamentum...

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

In quo continetur Fides, Et Doctrina Ecclesie Catholicae.

Necessitas sciendi & credendi ve- ritates...

Primum omnes Christiani homines tenere debent, quæ Fidei Ductus...

ulla essent inter eos Schismata, quæ ad fidei unitatem vocarentur...

Fructus quos ex Symbolo percipiuntur.

Symbolum Apostolorum nobis procurare potest omnia Spirituum bonorum genera...

Primum Apostolici Symboli Articulus continet hæc verba: Credo in Deum Patrem...

Verum illud prætorum docet Parochus cum qui dicit credo Publicis præterquam...

Sensus primi articuli Symboli Apostolici.



tur. At primum quidem quantum ipse Redemptor noster fuit, atque a peccatis nos liberavit, iure hanc potestatem accepit, ut vere Dominus nos esse, & dicitur. Ita enim Apostolus docet: Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi Nomen, quod est super omne Nomen, ut in Nominis Jesu omne genu flectatur Caelestium, Terrestrium, & Infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Atque ipse de se post resurrectionem, (Matth. 28.) data est, inquit, mihi omnis potestas in Caelo, & in Terra. Ex Catechismo Concilii Tridentini.

Cur J. C. dominum nostrum vocamus. Ob eam quoque rem Dominus dicitur, quod in una persona dua natura divina, & humana conjuncta sunt. Hac enim admirabili conjunctione meruit, ut quamvis pro nobis mortuus non esset, tamen Dominus constitueretur: communiter quidem omnium rerum, qua condita sunt, praecipue autem fidelium, qui illi parent, atque summo animi studio inserviunt. Quod dicitur reliquum est, Parochus fidelium populum ad eam rationem coherens, ut sciat equissimum esse praeter ceteris hominibus, nos, qui ab eo nomen invenimus, Christianique vocamus, & quanta illa nobis beneficia contulerit ignorare non possimus ab id maxime, quod eius munere hac omnia fide intelligimus; equum esse, inquam, nos istos, non secus ac mancipia redemptori nostro, & domino in perpetuum adhaerere, & consecrare. Et quidem cum baptismo initiatur ante Ecclesia foret id professi sumus. Declaravimus enim nos Satanas, & Mundo renuciare, & Jesu Christo totos nos tradere. Quod si ut Christiana Militia ascriberetur eam sancta, & solemnem professionem nos istis Dominis nostris duximus: quo sacrificio digni erimus; & postquam Ecclesiam ingressi sumus; Dei voluntatem, & leges cognovimus, possessionem Sacramentorum gratiam percipimus, ex Mundi, & diaboli praesenti, ac legibus veteribus: prout et si cum baptismo ablutus sumus, Mundo, & diabolo, non Christo Domino, ac Redemptori Nomen dedimus. Sed cuius animus amoris facibus non incendat sacri Domini Num benignus, & propensus in nos voluntas, qui nosmet nos in possessione sua, & dominata veluti servos Sanguine suo redemptos habet, in tamen caritate complectitur, ut non servos vocet, sed amicos, sed fratres? Hoc profecto iustissima causa est, atque haud scio an omnium sit maxima, cur cum peccatis debemus Dominum nostrum agnoscere, venerari, & colere. (Joann. 1.) Ex Catechismo Tridentini Concilii.

Quod attinet ad tertium Symboli Apostolici articulum, qui in his verbis situs est: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine &c. Confule Tomum Mysteriorum Bibliothecae nostrae, ubi satis prolixo actu est de Conceptione, Nativitate Filii Dei, Passionibus, Morte, Resurrectione, Ascensione & Magnalibus eius &c. Ibi etiam suffus locuti sumus de Spiritu sancto, de Ecclesia Catholica, & de potestate ejusdem latitudine, de Baptismo, aliisque Sacramentis, quapropter non immeritum hoc in loco differens de reliquis articulis, qui in Apostolorum Symbolo continentur.

Per Symbolum Apostolorum admittimus, & amplectimur Traditiones omnes Apostolicas, & Ecclesiasticas, ceteraque observantias, & constitutiones ejusdem Ecclesiae. Ad haec admittimus Sanctam Scripturam secundum sensum, quem tenet, & tenuit Ecclesia, cujus est iudicare de vero sensu, & vera interpretatione Sanctarum litterarum. Nunquam aliter intelligam, aut interpretabor illam nisi secundum unanimem Sanctorum Patrum consensum. Confiteor quoque proprie, & vere septem esse Novae legis Sacramenta a Jesu Christo Domino nostro instituta ad humani generis salutem, quamvis non omnia sint singulis necessaria; videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, Extremam Unionem, Ordinem, & Matrimonium; inter quae Baptisma, Confirmatio, & Ordo sine sacrilegio iterari

Fidelis professio super omnes Symboli articulos.

non possunt. Recipio, & admitto consuetudines ab Ecclesia Catholica receptas, & approbatas in solemnari administratione eorumdem Sacramentorum. Recipio quoque, & amplector omnia, & singula quae definita, & declarata sunt a Sacro Tridentino Concilio de peccato Originali, & Justificatione. Confiteor pariter, verum Sacrificium proprium, & propitiatorium offerri in Missa pro Vivis, atque Defunctis, & in sanctissimo Eucharistiae Sacramento vere, realiter, & substantialiter esse Corpus, & Sanguinem simul cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ibique fieri conversionem totius substantiae panis in Corpus ejus; nec non totius substantiae vini in Sanguinem ejus: quam mutationem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor quoque Jesum Christum totum integrum, & verum Sacramentum recipi sub alterutra e duabus speciebus. Teneo Purgatorium esse, & animas, quae ibi detinentur fidelium suffragiis juvari. Similiter Sanctos qui cum Jesu Christo regnant eo esse in statu, in quo honorandi, & invocandi sunt; ipsos offerre pro nobis Deo preces suas; & eorum Reliquias in honore esse habendas. Constantissime etiam credo, & imagines Jesu Christi, & Deiprae semper Virginis, &que ac aliorum Sanctorum colendas esse, eisque honorem, ac venerationem, quae decet, esse adhibendam. Affero etiam indulgentiarum potestatem a Jesu Christo in Ecclesia relictam fuisse, earumque usum Christiano Populo esse saluberrimum. Aposco Romanam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam Matrem, ac Magistrat omnium Ecclesiarum particularium; & iuro, atque promitto veram obedientiam Romano Pontifici Vicario Jesu Christi, Successori Sancti Petri Principis Apostolorum. Confiteor quoque, & recipio sine ulla dubitatione cetera quaecumque per traditionem definita, & declarata sunt per Canones, & Concilia Oecumenica; hoc est Generalia, & praesertim quae a Sacrosancta Tridentina Synodo sancta sunt. *Auctor recens.*

Credo est compendium Doctrinae Christianae, & dicitur Symbolum Apostolorum, & Symbolum fidei. Symboli nomen significat Signum, de quo fit conventio, ut unum ab alio distinguatur. In exercitu militaris tessera Symbolum est, per quod miles secernitur ab hoste, & in Christiana militia recitatio Credo facit, ut fideles interoscantur ab iis, qui non sunt de Ecclesia. Hinc profecta est vetus illa loquendi ratio: *Da Signum Christiani;* id est Symbolum. Ideo Fidei Symbolum dicitur vel Christianorum; & vocatur etiam Symbolum Apostolorum, quia inde profectum est. Symbolum hoc pluries singulis diebus recitatur in precibus. Primis tribus Ecclesiae saeculis hoc unum fuit. Christiani memorie illud mandabant, non autem scribebant, ne fortasse ab Ethnicis diceretur. Sed saeculo quarto, cum Arius Verbi divinitatem adortus est; Patres primi Generalis Concilii Nicenae habiti anno 325. ad Arianam haeresim explodendam explicuerunt, & amplificaverunt secundum articulum Symboli Apostolici, qui recitatur ad Filium, atque indituerunt Symbolum, quod definit per verba illa: *Et in Spiritum Sanctum.* Paulo post Macedonius Constantinopolitanus Episcopus Spiritus sancti divinitatem impugnavit, quod coegit Patres secundi generalis Concilii habiti anno 381. articulum explicare, & in *Spiritum Sanctum*, & addere plura Symbolo Niceno; quapropter tertium factum est Symbolum, quod semper videretur vocandum esse Constantinopolitanum. Tamea post saeculum sextum passim dicitur Nicenum, quoniam illud omnino complectitur, eisque non nisi quadam est amplificatio. Denique post haereses, quae oppugnaverunt essentiam, & proprietates humanitatis Christi Jesu, quantum prodit Symbolum ceteris protestis, quod eximium habitum est, & attributum Sancto Athanasio praclarissimo Fidei Propugnatori: *Ex libro cui titulus: Ceremonia Missae per Patrem le Bon Onatrem Traxerunt.*

De origine Symboli, & quid locum praebuerit a ut suffus explicetur.

EXCOM.

EXCOMMUNICATIO.

Jus, quod habet Ecclesia, & potestas excommunicandi, & a corpore suo ejiciendi Hareticos, & Peccatores pravi Exempli.

MONITUM.



Potestas haec, quam habet Ecclesia abscindendi a corpore suo membra tabescentia, & corrupta, jam in ipsa prima Ecclesia ipsius institutione exercita fuit. Videmus enim Sanctum Paulum hac potestate usum cum incesto Corinthio, quemadmodum ipse testatur. Nec dissimulat causam propter quam ipse fuerit: utque ostendat hanc sibi collatam fuisse non quidem ad destructionem, sed edificationem, suam aperit mentem, dicens se hoc egisse, ut peccator ille se se colligeret, atque terribili hac poena deteritus respiceret, & salvam faceret animam suam.

In hoc igitur argumento ostendi potest, potestatem hanc non legitimam esse tantum, sed dicere etiam, immo necessariam esse pro regimine Ecclesiae: quae sepe nequit alia via continere in officio potentes homines, & prohibere publica scelera, & pravi exempli, quae humana justitia impone patitur abire, sed quae Ecclesia, cui nullum jus est in vitam, neque in bona fidelium, impunita ferre non debet.

Si haec anathemata, quae Ecclesiastica fulmina appellantur, fuerint olim, & magis terribilia, & frequentiora, quam sunt in praesentiarum, id factum est, quia tunc Christiani, qui inter scelera sua fidem servaverant, quae cum criminibus etiam permanere potest, quae fidei minime adversantur, iure hoc metuebant supplicium, quod illis omnem salutis spem auferbat, nisi per penitentiam, & congruam criminibus satisfactionem tantam fidelibus edificationem attulissent, quantum eisdem attulerant scandalum. In hoc Tractatu videmus rationes propter quas gladio hoc Spirituali uti potest Ecclesia; effectus, & mala, quae anathemate percussis formidanda sunt, & modum, quo semper illa usa est contra hareticos, & peccatores, qui populo Dei pravo Exemplo fuerant.

EXCOMMUNICATIO.

Jus, & Potestas, quam habet Ecclesia excommunicandi, & amputandi a corpore suo Hareticos, & pravi exempli peccatores.

Excommunicatio est Censura Ecclesiastica, per quam aliquis ab Ecclesiae communione prohibetur. Haec paucis est definitio, & notio, quam tribuunt Theologi, qui duplex Excommunicationis genus distinguunt; quarum alteram minorem vocant, per quam aliquis sola Sacramentorum communione privatur; alteram vero majorem, quae etiam dicitur anathema, vel Ecclesiae fulmen, quo, qui percussus est omnino ex Ecclesiae communione ejicitur; & ubi in iure fermo fit de Excommunicatione, ut plurimum de hac majori intelligitur. Hujus loci non est probare jus, & potestatem, quam Deus Ecclesiae fuz reliquit amputandi a Corpore suo illos, qui per rebellionem, vel scelus suorum scandalum dignos se praebuerunt, qui hac poena afficerentur. Jus hoc a nobis supponitur tantquam veritas recepta, omnium saeculorum praxi comprobata, cui accessit auctoritas omnium Conciliorum cum particularium, cum generalium, quae omnia huic potestati innixa a fidelium numero eliminant Hereses, schismaticeos, & eos, qui invehere admissi sunt errores contra fidem & bonos mores. Hinc facile est videre: 1. Ad quos hac auctoritas de iure pertinet; nempe ad Concilia, Sanctam Sedem, Praefatos, & Pastores delegatos ad hoc ministerium. 2. In quo hoc iudicium, & haec Excommunicatio exercetur, & quomodo illi subiecti sunt; scilicet qui sunt Ecclesiae subditi, quicumque status, vel conditionis sint, habita ratione tamen consuetudinum, locorum, privilegiorum, exemptionum, conflictus jurisdictionis, quod tamen seorsim ad examen revocare nolumus, afferentes generatim, quemadmodum Ecclesia recipit in numero filiorum suorum eos, qui sibi sunt subditi, & dicto obtemperantes, posse etiam ex illo expungere inobedientes, atque rebelles. *Ex pluribus Theologis.*

Non est a proposito argumentum aberrare, videre, quid sentiendum sit de Excommunicatione lata, cum falsa nuntiata sint; videlicet propter conficta quadam, & non satis probata crimina. Semper enim supponimus, quamvis Ecclesia in fide, ac moribus falli nequeat, falli tamen posse in iis, quae de facto sunt, de quibus perperam certior fieri potest, ideoque iudicium ferre fallax de privati alicuius moribus, & uti gladio spirituali, nempe anathemate, quod procul dubio tunc nullum erit, quoniam iis innititur, quae falso allegata sunt. Doctores respondent, Ecclesiam erga illum, in quem tulit Excommunicationem, iniustum non esse, postquam bona egerit fide, ut credendi locus est; illum vero, contra quem sententia lata fuit, debere ferre praeter submissionem se ferentem velut hominem Canonis poenis submissum, ac testantem obedientiam suam, se vere esse filium Ecclesiae salvo iure utendi viis omnibus, quibus per leges licet innocentiam suam tueri contra accusatorum culmenias. *Ex istem.*

Haretici ab Ecclesia succedenter per schismata sua, eodem tempore privant se ipsos fructu, quem percepissent a Sacramentis, quae sunt spiritualia bona, quae satis estimari non possunt: sunt enim Signa visibilia, per quae fideles in unum quodammodo corpus congregantur. Haec sunt fontes *Houdry Bibli. Cens. Theol. de Myster. Tom. V.*

Quid sentiendum sit de Excommunicatione lata, cum falsa nuntiata sint.

Quomodo haretici ab Ecclesia succedenter per schismata sua, eodem tempore privant se ipsos fructu, quem percepissent a Sacramentis.

Contemptus, in quo habent Haretici anathemata.

D